

tanni vō membra que in eis sana sunt abscondunt & que sunt miserabilia improbis sume ostendunt ut magnitudo miserie ad misericordia exiret. Itē abbas pastor videns mulieres in monumentis flētes ait: q̄ sic debet monachus facere scilicet iugiter flēre pro peccatis suis. **Quinto oratione** debet esse breuis. dicit enī Math. vij. Orantes autē nolite multū loqui sicut ethnici faciūt: putāt enī q̄ in multiloquio expaudianf. Qualiter autē hoc intelligenduz sit comparatum ad illud luce. xvij. Oportet semper orare & nō deficere. Et illud. j. ad thess. v. Sine intermissione orate: est notandū q̄ vt ait sanctus Tho. in scđa secunde q. lxxij. articulo. xiiij. De oratione dupliciter loqui possumus: uno modo s̄m seipsum: alio modo s̄m causam suam. Causa autē orationis est desiderium charitatis et quo procedere debet: quod quidē in nobis debet esse continuū vel actu vel virtute. **Manet autē virtus huius desiderij in oīb⁹ q̄ ex charitate facim⁹.** Oia autē debem⁹ in gloriam dei facere: vt dī. j. corin. x. & s̄m hoc oratio debet esse cōtinua. Unde augusti. viri ad probā: Ipsa spe fide et charitate continuato desiderio semper oram⁹. Sed ipsa oratio s̄m se desiderata non potest esse assidua q̄ oportet alijs opibus occupari: sed sicut dicit Augusti. ibidē: Ideo per certa interalia horarū & temporū etiā verbis rogamus deū vt illis rerū signis nosi posāmoneam⁹. quantūcūq̄ i hoc desiderio perficerimus nobisipsis innotescemus: & ad hoc agendum nobis pos acrius excitemus. **Tnius cuiusq; enim rei quantitatēs** debet esse proportionata fini: sicut quantitas portionis sanitati. Unde conueniens est vt oratio tantum duret quantum est vtile ad eritandum interioris desiderij seruarez. **Lum vō hanc mensuram excedit ita q̄ si ne tedio durare non potest: nō est vlt̄rī oratio protendenda.** Unde Augustinus dicit ad probam: Dicūtur fratres in egypto crebras quidae habere orationes sed tamen breuissimas et raptim quodammodo iaculatas ne illa vigilanter erecta que oranti plurimum necessaria est per productiores moras euanescat atq; ebetetur intentione: ac per hoc etiā ipsi satis ostendunt hanc intentionem sicut non esse obviens.

Quō intelligat q̄ oīo fit breuis & q̄ de beam⁹ incessanter orare. digna doctrina de oīonis modo.

Quare debeat breuis esse oratio.

dam si perdurare non potest: ita si perdurauerit non cito esse rumpendaz. Et sicut hoc est attendendum in oratione singulari per comperationem ad intentionem orantis: ita etiam in oratione communis per comparationem ad populi deuotionem. Et cassianus dicit libro secundo institutionū monachorum q̄ ideo sancti patres precipiunt orationē celeri fine concluded ne forte immorantibus nobis in ea redundantia quedaz sputi vel fleumatis interrumpat nostre orationis excessum. Et idcirco dum adhuc seruet velut e saucibus inimici velociter rapienda est: qui proculdubio cum sit nobis semper infestus tūc maxime assistit infestior cum contra se offerre nos preces dominovelle p̄uidet et cogitationibus seu diversis humoribus excitatis abducere mentem nostram a supplicationis intentiōe festinās: et per hoc etiam tepefacere a cepto seruore extendens: quā obrem vtilius censuerūt breues quidē orationes sed creberimas fieri. Illud quidē vt frequētius deū dep̄cantes ingiter eidē coherere possim⁹ hoc vt insidiātis diaboli iacula que infligere tunc precipue cū oramus insistit succincta breuitate vitem⁹. Sequif (ideo breuis debet esse & pura oratio nisi forte ex affectu inspirationis diuine gratie ptendaf) quasi diceret instante tumultu distractentū cogitationū oratio debet abbreviari nisi ex affectu inspirationis diuine gratie protendaf. Ubi notandū est q̄ Aug ad probā dicit vt babet in glosa. Math. vij. Nō est hoc orare in multiloquio si diutius oreſ. Aliud est enī sermo multus: aliud diuturnus affectus. Mā & de ipso dño scriptum est q̄ pnoctauerit orando: & hoc vt nobis p̄beret exemplū. Et postea subdit augu. Abfit ab oīone multa locutio sed nō defit multa deprecatione si feruens p̄seueret intentione: sic enī plus gemittibus q̄ sermonib⁹ agit. Sequif (In quietu tamē oīo breuietur oīo & facto signo apriore oīs pariter surgant) Hoc autē non est accipienduz de oratione canonica q̄ certa habet capitula versus & psalmos. Hec enī nullo pacto abbreviāda ē: sed accipiēdū de oratione vniuersciusq; q̄ vnuſq; apud se orat cū toto quietu: sicut in fine officij religiosi

Orare in multiloquio.

Oīo in cōuenitu breuianda que sit.